Beicht-Pfennig, nummos confessionarios Parochiani, nec ex odio erga confessionarium ipsi minus, quam alias offerre conservaverunt, solvere debent. Rescr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 118. p. 61.

BELLUM.

Belli tempore Ministro Ecclesiæ fugere haud licitum est. Rescr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 72. p. 44.

BENEDICTIO SACERDOTALIS.

vid. Copula Sacerdotalis.

BIBLIA.

Bibliorum lectio assidua requiritur ab Ecclesiæ Ministris. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica. Lib. I. Def. 60. p. 38

BIBLIOPOLA.

Bibliopolis neque irrevocabile, neque generale dari potest Privilegium, Lib. II. Def. 415. p. 187.

BONA ECCLSIASTICA.

vid. Ecclesiastica Bona.

C.

CALVINIANI.

Ad Calvinianos Pacis Religiosæ Jura & Beneficia in Pacificatione Osnabr. extenduntur, hinc in Imperio Romano Germanico tolerari debent, Lib. II. Def. 266. p. 150.

Calviniani Dresda in cæmeterio extra eum, omissis ceremoniis, & impletatæ à Consistorio venia, sepeluntur.

INDEX.

quod. Refr. Consist. Sup. Lib. II. Def. 383.
p. 181.

CAMBIALES LITERÆ.

Per Cambiales Literas ad mutuum restituendum se obligare Ministeris Ecclesiaz, sub pena remotionis & suspensio- nis, prohibitum est, Refr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 63. p. 39.

Per Cambiales literas ad debitu[m] solven- dum se obligare, Ludimoderatoribus, Custodibus & organicis haud licet. Refr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 90. p. 52.

CANONICATUS.

Canonicatum certâ pecunia summa re- dimere licet, adducuntur Spencers Theol. Bedenken, Lib. II. Def. 312. p. 163.

CANDELA.

De candelarum usu, durante concione fu- nebri, Refr. Elect. Lib. II. Def. 262. p. 150.

CANTOR.

Quomodo contra Cantores proceden- dum, si excessum vel crimen committunt, adducitur Resol. Grav. Lib. III. Def. 119. p. 238.

CASTRENSIS PASTOR.

Castrensis Pastor licet sine prævia concio- nié probatoriâ vocetur, vocatio tamen ejus est legitima. Lib. I. Def. 33. p. 22.

CATECHETÆ.

Catecheta potius à collectis libero, fruui- tur. Refr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 139. p. 69.

Catecheta confirmari debent. Lib. I. Def. 139. p. 69.

CATHOLICI.

Catholici Dresdæ in cœmeterio extra ci- vitatem omisssis ceremoniis, & impetra- tâ concessione à Consistorio sepeliun- tur. Ref. Conf. Sup. L. II. Def. 383. p. 181.

CAUTIO.

Cautio in causa separationis quoad tho-

rum & mensam, regulariter pignoribus & fidejussionibus praestatur, Lib. II. Def. 219. p. 140.

Cautio tamen Juratoria admittitur, si uxor mariti Juramento fidere velit. Refr. Consist. Supr. & Sententia ejusdem.

CEREMONIÆ.

Ceremoniarum Ecclesiasticarum mutatio & abrogatio à Principe, consuitis Theologis, fieri debet. Lib. II. Def. 248. p. 145.

Ceremonias Ecclesiæ suæ pro arbitrio non potest mutare Minister Ecclesiaz, Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. II. Def. 248. p. 45,

Qvoad ceremonias Ordinatio Ecclesiastica obligat milites Lib. II. Def. 249. p. 146.

CERÈVIA.

Cerevisiam coquere pro familiâ suâ Mi- nistris Ecclesiæ permissum, adducitur Declaratio des Transsteuer August schreibens. Lib. I. Def. 146. p. 71.

CITATIO.

Citationes in causis Ecclesiasticis, requisi- to Judice Seculari, omissò verbo in subsidium, fieri debent. Resolut. Grav. Lib. III. Def. 19. p. 198.

Aliud dicendum, si Minister agit cum Pa- rochianis in causis, quæ spectant ad curiam animarum. Refr. Consist. Sup. Lib. III. Def. 19. p. 198.

Citatio Edictalis in Processu desertionis spatiū Saxoniu[m] à tempore affixio- nis continere debet. Lib. III. Def. 64. p. 210.

Pro ratione circumstantiarum modicus defectus circa terminum Saxonicum non attenditur. Lib. III. Def. 64. p. 210.

CLERICI.

vid. Ministri Ecclesiæ.

COELIBATUS.

Coelibatus non unquam pro matrimonio, pro ratione circumstantiarum, eli- gendus, adducitur Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. II. Def. 2. p. 93.

OOE.

INDEX.

COENA DOMINICA.

- Ad sacram cœnam summâ devotione & decenter accedendnn. Lib. II. Def. 276. p. 153.
- Præprinoris requiritur, ut digna præparatio præcedat. hinc quilibet Minister Ecclesiae confitentes publicè in templo de digno usu Sacrae Cœnæ informare & admonere debet. Rescr. Consist. Supr. Lib. II. Def. 274. p. 153.
- Deprecatio publica Locum non habet, si quis post confessionem, die Sabbathi factam, sequenti die Dominicâ ad sacram Synaxim accedere ex causâ frivola interniuit. Sententia informatoria Conf. Supr. Lib. II. Def. 277. p. 154.
- Ad sacram cœnam muti & surdi admittendi sunt. Adducitur Sententia informatoria, à Supr. Consist. Lib. II. Def. 278. p. 154.
- Ad sacram Cœnam impénitentes non admittendi sunt. Adducuntur Artic. Gen. & Resolut. Grav. Lib. II. Def. 280. p. 156.
- Ab usu sacrae Cœnæ conjuges, pendente separationis Processu, non arcendi sunt. Sententia informatoria. Consist. Supr. Lib. II. Def. 280. p. 156.
- Aliud dicendum, si separatio à conjugibus propriâ autoritate facta fuerit. Sententia informatoria. Consist. Supr. Lib. II. Def. 280. p. 156.
- Ad usum sacrae Cœnæ reus pendente Processu, vel inquisitione super crimine, absque Deprecatione publicâ admitti debet. Rescr. Consist. Supr. Lib. II. Defin. 287. p. 158.
- Nulli Pastori licet eos, qui extra suam Ecclesiam sunt, in suâ Ecclesia ad sacram Cœnam admittere, Lib. II. Def. 290. p. 159.
- De communione in Sacrario, & ædibus privatis, ejusque prohibitione, extat. Rescr. Elect. Lib. II. Def. 292. p. 160.
- Diutius à sacrâ Cœnâ abstinentes, ad ejus usum sub comminatione carceris, alteriusve pœnæ, adigendi, &, si sibi admoniti in hâc abstinentiâ perseverent, expellendi sunt. Rescr. Consist. Supr. Lib. II. Def. 295. p. 160.
- Indigni sunt sepulturâ honestâ abstinentes à sacrâ Cœnâ. Sententia informatoria, Conf. Sup. L. II. Def. 382. p. 181.

COLLABORATOR.

Quomodo contra collaboratores procedendum, si excessum vel crimen committunt. Adducitur Resolut. Grav. Lib. III. Def. 119. p. 238.

COLLECTA.

Collectæ in unâ aut alterâ Diœcesi ad ædificationem & restaurationem Ecclesiarum, & ædium parochialium, conceduntur. Rescr. Elect. Lib. II. Def. 339. p. 171.

COLLEGIA.

In Collegiis à receptâ circa titulos observantia non facile recessendum est. Res. Elect. Lib. II. Def. 417. p. 188.

COMPOSITIO AMICABILIS.

Compositio amicabilis præsertim suadenda, quando lis inter novum Pastorem, & defuncti viduam & liberos, circa salarii semestris proventus, oritur. Rescr. Consist. Supr. Lib. I. Def. 175. p. 82.

CONCIO.

Ad Concionem pirasticam audiendam non requiritur, ut Magistratus, quorum subditi Parochiani sunt, à Patrono in scriptis invitentur, Sed consuetudo cujusvis loci observatur. Lib. I. Def. 31. p. 22.

Concionem præliminarem, vulgo Gast Predigt, ii, qui petunt i pastoratum, mortuo pastore, habere debent. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica. Lib. I. Def. 33. p. 22.

Concio præliminaris quantum differt à concione probatoriâ. Lib. I. Def. 33. p. 22.

Sine præviâ Concone probatoriâ, licet pastor castrensis vocetur, vocatio tamen legitima est. Lib. I. Def. 34. p. 22.

Ad Concionem δοκιμαστην, sine præscitu Superintendentis nemo admittetur. Adducitur Decretum Synodale & Revid. General Decret, ac Rescr. Elect. Lib. I. Def. 35. p. 23.

Concio probatoria omittitur, si substitutus emerito succedere debeat. Rescr. Supr. Consist. L. I. Def. 36. p. 23.

Concionem in templo Sophiæ Candidati Rrr Mi-

INDEX.

Ministerii, qui se Examini in Supremo Consistorio subjiciunt, præsente aut concionatore supremo aulico, aut Superintendente, habere debent. Lib. I. Def. 59. p. 36.

Conciones circulares Superintendens instituere, & ad habendas eas Pastores suæ Diœcœsos invitare debet. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica, Rescr. Supr. Consist. Lib. I. Def. 59. p. 37.

Conciones funebres pauperibus gratis sunt habendæ, Lib. I. Def. 3. p. 60.

Concio ultra tempus, in ordinatione Ecclesiasticâ & Decreto Synodali, præscriptum, non extendi debet. Rescr. Elect. Lib. II. Def. 255. p. 147.

Concionem valedictoriam habere Pastori remoto ante abitum non conceditur. Rescr. Consist. Supr. Lib. III. def. 117. p. 237.

CONCUBINATUS.

Ad concubinatum referendum est matrimonium conscientiæ, lib. II. def. 224. p. 143.

CONDUCTOR.

Conductor Bonorum Ecclesiasticorum tributa & collectus haud solvit, lib. II. def. 310. p. 163.

Non tamen ab Accisâ immunitis est, lib. II. defini. 310. p. 163.

CONFESSIO.

Confessio privata in nostris Ecclesiis non est intermittenda, lib. II. defini. 275. p. 153.

Confessio hæc in aliis locis Evangelicis non est in usu, lib. II. defini. 275. p. 153. In Confessione quæ proferuntur, Minister Ecclesiæ revelare non debet. lib. III. defini. 25. p. 199.

Excipitur casus, quando delictum confessatum in supremi Magistratus vel regni exitium vergit. Rescr. Elect. lib. III. defini. 25. p. 199.

Confitens non debet propalare illud, quod confessionarius cum ipso in actu confessionis egit. Sententia informatoria Consist. Supr. lib. III. defini. 25. p. 200.

An Actio Injuriarum competit contra Ecclesiæ Ministrum, qui ea, quæ in

confessione audivit, revelat? lib. III. defin. 98. p. 225.

CONFIRMARI.

Confirmatur præsentatus quandoque absens à Consistorio propter tenetum vel morbum. Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 48. p. 30.

Confirmari non solent Præceptrices puerarum, sed eatum mariti. Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 74. p. 45.

CONFIRMATIO

Confirmationis quid sit lib. I. defin. 22. p. 18. Confirmationis Formula. lib. I. defin. 51. p. 52.

Confirmationis & Ordinationis Pastoris sumptus aut à filio Ecclesiæ, aut à Parochianis prestantur, interduum ab ipso pastore subministrantur. Rescr. Consist. Supr. lib. 2. defin. 53. p. 35.

Ad Confirmationem tantum, non verò Examen, Ludimoderatores & custodes præsentantur, lib. I. defin. 79. p. 48.

Confirmationem Ministri Ecclesiæ & Scholæ sub pena remotionis intracertum tempus petere debent, lib. I. defin. 79. p. 48.

Confirmationem Ludimoderatores & Custodes coram, non absentes petere debent, lib. I. defin. 82. p. 49.

CONFIDENTES.

Confidentes Ecclesiæ Ministeri publicè in templo, de digno usu sacra Cœnæ informare & admonere debent, Rescr. Elect. lib. II. defin. 274 p. 153.

In delictum, cuius confitens inculpatus est, non licet Ecclesiæ Ministro nimis inquirere. Rescr. Consist. Supr. lib. II. defin. 287 p. 159.

Confitens non debet propalare, quod confessionarius cum ipso in actu confessionis egit. Sententia informatoria Consist. Supr. lib. III. defin. 25. p. 200.

CONJUGALIS DEBITI DENEGATIO.

Conjugalis debiti denegatio est species malitiosæ desertionis. Lib. II. Def. 192. p. 131.

Ob

INDEX.

Ob conjugalis debiti denegationem divortio iocuisset, Formula pronunciantur, lib. II. Defin. 192. p. 131.

CONJUGUM COHABITATIO.

Ad Cohabitationem maritus compelli non debet, si uxor diu absuerit, priusquam suspicione adulterii per Juramentum purgaverit. Sententia informatoria Supr. Conf. Lib. II. Def. 209. p. 138.

Conjuges ad cohabitationem adiguntur, cautione à marito præstâ, Formula pronunciandi, lib. II. Def. 220. p. 140.

CONJUX.

Conjugis mors regulariter duobus testibus probatur, lib. II. Def. 166. p. 121.

Ethi deponant se intersuisse defunctis fepulturæ & cadaver vidisse. Rescr. Conf. Supr. lib. II. Def. 166. p. 121.

Nisi allegetur mors occulta, quæ unico teste probari potest, Sententia informatoria & Rescr. Conf. Supr. lib. II. Def. 167. p. 122.

Modo testis sit omni Exceptione major, & de proprio visu deponat, lib. II. Def. 167. p. 122.

Conjugis mortis probatio num committenda Superstitis Juramento? Decisio affirmativa. Rescr. Conf. Supr. lib. II. Def. 169. p. 123.

Conjugis promissio de viduitate servandâ, non est valida & obligatoria. Sententia informatoria Conf. Supr. lib. II. Def. 172. p. 123.

Conjuges, pendente Processu Separationis, quoad thorum & mensam, ab usu Sacræ Cœnæ non sunt arcendi. Sententia informatoria Conf. Supr. lib. II. Def. 280. p. 156.

Aliud dicendum, si separatio propriâ autoritate à conjugibus facta fuerit. Sententia informatoria Conf. Supr. lib. II. Def. 280. p. 157.

CONSISTORIUM.

Consistoriis Ecclesiasticis præficiantur Theologi, pariter atque Politici, pro fundamento adducitur Ordinatio Ecclesiastica Lib. I. Def. 11. p. 9.

In Consistoriis quænam causæ tractandæ? adducitur Ordinatio Ecclesiastica Lib. I. Def. 11. p. 10. Lib. III. Def. 1. p. 192.

Consistorium Misnense à Domino Elec- tore Christiano II. cum Senatu Ecclesiastico Anno 1606. conjunctum. Lib. I. Def. 12. p. 10. quæ cnujunctio per Recipiunt publicata fuit. Adduciatur Rescriptum. Lib. I. Def. 12. p. 10.

Consistorium Wurzente tribus Consistoriis Saxonice adjungendum. Lib. I. Def. 12. p. 10.

Consistoria curam gerant, ut Salaria Ministrorum Ecclesiae matriculæ ritè inferantur Rescr. Conf. Supr. Lib. I. Defin. 97. p. 54.

In Consistoriis Decimarum causæ tractandæ. Rescr. Conf. M. Lib. I. Def. 138. p. 68.

In Consistoriis Electoratus Saxonici tractantur causæ matrimoniales. Lib. II. Def. 1. p. 3.

Consistorium Supremum serias pœnitentiales publicas, præcedente iussu Seruissimi nostri Electoris, indicit. Formula indicendi serias Pœnitentiales. Lib. II. Def. 261. p. 149.

In Consistoriis causæ criminales non tractantur. Lib. III. Def. 5. p. 194.

Id tamen tantum intelligendum de cognitione causæ, dictamine pœnæ & executione. Lib. III. Def. 5. p. 194.

Consistoriis directio Processus Inquisitionis competit, usque dum causa fiat criminalis. Rescr. Conf. Supr. lib. III. Def. 5. p. 194.

Consistorio mobilia Pastoris, absque heredibus defuncti, cedunt, lib. III. defin. 9. p. 196.

Aliud tamen placuit Potentissimo Regi Poloniæ & Electori Saxonie. Rescr. Elect lib. III. def. 9. p. 196.

Consistorium Lipsiense & Wittenbergense suos habet Advocatos Ordinarios, lib. III. defin. 17. p. 198.

Coram Consistorio Supremo Advocatis, sive sint graduati, sive noui, causas agere licet, lib. III. def. 17. p. 198.

Sæpius fit, ut partes litigantes in causis matrimonialibus sine Advocato compareant, lib. III. def. 17. p. 198.

Consistoriis solis competit, Pastorum vi- duis & liberis Tutores & Curatores dare. lib. III. Def. 18. p. 198.

In Consistoriis partes litigantes in propriâ personâ comparere tenentur. Rescr. Elect. lib. III. Def. 31. p. 203.

INDEX.

Quomodo Consistoria, quoad Introductiōne m pœnitentia publicæ, in locis, ubi in usu anteā non fuit, se gerere debent. Decretum Synodale Lib. III. Def. 83. p. 215.

Sine præscitu Consistorii neque Pastor, neque Superintendentis circa deprecationem publicam, etiam iis in locis, ubi usitata est, disponere queunt. Lib. III. Def. 83. p. 215.

Consistoriis sine mandato Serenissimi Electoris Saxonie pœnitentiam in illis locis, ubi ea non in usu est, introducere non licet. Rescr. Consist. Supr. Lib. III. Def. 83. p. 215.

Consistoriis competit pro re natâ pœnitentiam publicam in multam commutare, ita tamen, ut ad pios usus impendatur. Resolut. Grav. Lib. III. Def. 83. p. 216.

Consistoriis in turbatione Sacrorum competit cognitio. Rescr. Consist. Supr. Lib. III. Def. 95. p. 222.

Consistorio Supremo tantum competit Jus removendi Pastores. Rescr. Elect. Lib. III. Def. 109. p. 231.

CONVERSUS.

Conversi ad nostram religionem Evangelico-Lutheranam, adiūtūtur ad sacram Cœnam absque solennitate. lib. II. defin. 267. p. 150.

Quibusdam tamen locis id fit præviâ gratiarum actione, & preciis publicis. lib. II. defin. 267. p. 150.

COPULA & BENEDICTIO SACERDOTALIS.

Copulantur quandoque despontati inviti à Ministro Ecclesiæ in Consistorio. Formula pronunciandi, lib. II. defin. 135. p. 115.

Copulationes privatae concedantur nobilibus absque dispensatione adducitur Ordinatio Politica. lib. II. defin. 138. p. 116. lib. II. defin. 144. p. 119.

Quod nonnunquam ad eos, qui his æquiparantur, exteriditur, præviâ tamen dispensatione, lib. II. defin. 137. p. 116.

Copulandis, si non probent, quod probare debent, præviâ causa cognitione à Consistorio Juramentum injungitur. Formula rescribendi. Lib. II. def. 138. p. 117.

Circa copulationem personarum militarium Minister Ecclesiæ caute procedat. Rescr. Elect. de Anno 1693. lib. II. def. 138. p. 117.

Copulatio in casu necessitatis sèpius sine proclamatione conceditur, Recl. Conf. Supr. Lib. II. Defin. 141. p. 118.

Copula Sacerdotalis de Substantiâ matrimoniî est, ubi Legibus Ecclesiasticis hæc recepta. Lib. II. def. 142. p. 119.

Copulatio, quæ fit in Consistorio, non tantum locum habet, quando periculum in morâ, sed etiam, si despontati sine causa differant copulationem, lib. II. defin. 146. p. 119.

Copulatio fieri non debet à Parocho alterius Diocesis, nisi consentiente Ordinario & soluto honorario. lib. II. defin. 148. p. 120.

Daces & militiae officiales, cum sint vel nobiles, vel iis æquiparentur, in ædibus privatis copulantur, lib. II. def. 249. p. 146.

CORONA.

Coronam in capite gestare, num virginivæ compressæ, permisum sit? lib. II. def. 237. p. 144.

CREDITOR.

Creditores Patroni, licet in bona ejus immisi, eum tamen à Præsentatione excludere non possunt. lib. I. defin. 44. p. 28.

CRIMINALIS.

Criminalia in Consistoriis non tractantur. lib. III. Def. 5. p. 194.

Id tamen non intelligendum de Directione Processus Inquisitionis, usque dum causa fiat criminalis, Rescr. Consist. Supr. lib. III. def. 5. p. 194.

CULTUS DIVINUS.

Cultus divini exercitium propter discordiam cum Pastore in alieno cœtu non est permittendum. Sententia informatior Consist. Supr. lib. III. def. 105. p. 228.

Cultum divinum Pationis in pluribus Parochiis Jus Patronatus habens, quo cunque in cœtu velit, frequentare potest. Rescr. Elect. lib. III. defin. 106. p. 229.

CURA-

INDEX.

CURATOR.

Curatores dare viduis & Liberis Pastorum, competit Consistoriis solis, lib. III. def. 18. p. 198.

CUSTOS.

Custodes Ministrorum Ecclesie nomine comprehenduntur. Rescr. Cons. Supr. lib. I. defin. 75. p. 45.

Custos sine praescitu & Consensu Pastotis vocari non debet, Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 77. p. 47.

Custodes Consistorio ad confirmationem tantum, non verò ad Examen præsentantur. lib. I. defin. 79. p. 48.

Custodes, nisi collaboratores in Scholâ simul sint, specimen cantando & legendō coram Inspectitoribus exhibere non debent. lib. I. def. 79. p. 48.

Custodes à Superintendente, non verò à Pastore præsentandi. lib. I. def. 82. p. 49.

Custodes coram, non verò absentes pctere debent confirmationem, lib. I. def. 82. p. 49.

Custodibus sumtus pro obtainendâ in Consistoriis confirmatione, vel de redditibus Ecclesie, vel à Parochianis sunt suppeditandi. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 82 p. 49.

Custodes, si sint opifices, unà opificium exercere haud prohibentur. Rescr. Elect. lib. I. def. 87 p. 49.

Modo per hoc à Laboribus ordinariis non avocentur, neque illas horas, quæ ad informandum destinatae sunt, ad opificium exercendum impendant. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 87 p. 50.

Custodes non Actuarii, officio in judicio pagano, sed tantum scribæ judicialis, Gerichts-Schreiberei, funguntur, & in quibus hoc officium consistat, demonstratur, Rescr. Cons. Supr. Lib. I. def. 88. p. 50.

Quod tamen non semper competit Custodibus, præsertim si non sint idonei, Rescr. Supr. Consist. Lib. I. defin. 88. p. 51.

Quando verò die Gerichts-Schreiberei, inmatriculæ, ut pars salarii, inserta, tunc hoc Lucellum ipsi non invidentum. Rescr. Conf. Supr. lib. I. def. 88. p. 51.

Custodes quando sunt notarii, exercitium

Notariatus ipsis haud prohibendum, lib. I. def. 90. p. 51.

Custodes ab advoco abstineant, lib. I. def. 90 p. 51.

Custodibus prohibitum est, per literas cambiales ad debitum solvendum se obligare, Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 90. p. 52.

Custodes non invitati ad convivia post baptismum parata, honorarium accipiunt. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 120. p. 62.

Custodes potu à Collectis libero fruuntur, Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 129. p. 69.

Custodis viduæ & liberis salarium semestre non competit. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 226. p. 90.

Habitatio tamen ipsis conceditur per aliquot septimanias, & licitum, accidentalibus frui, Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 226. p. 90.

Custodes in baptismo spurii majus honorarium, quam ordinarium, petere haud debent. Rescr. Elect. lib. II. def. 272. p. 151.

Fiscus fraternitatis pro viduis & orphanis custodum erigi solet. Rescr. Consist. Supr. lib. II. def. 329. p. 168.

Custodes remoti non, nisi elapso quatuor vel quinque annorum spatio, ad Ecclesiasticam functionem admitti debent. Adducitur Resolut. Grav. lib. III. def. 117. p. 237.

Quomodo contra custodes procedendum, si excessum vel crimen committunt. adducitur Resolut. Grav. lib. III. def. 119. p. 238.

Custos si à se stuprata in duxerit in uxorem ab officio non est removendus. adducitur Sententia informatoria Consist. Supr. ejusque Reocr. lib. III. def. 122. p. 239.

Inter Custodem & Pastorem ratione pœna nullum est discriben. Rescr. Conf. Supr. lib. III. def. 124. p. 240.

D.

DECIMÆ.

Decimæ adhuc hodie debentur Ecclesie Ministris. Lib. I. Def. 125. p. 64.

Decimæ frumenta ex illo frumento, quod sff

INDEX.

in cuiusque agro nascitur, præstandæ sunt. Adducitur Decretum Synodale, & Reviditæ Synodal-Decret. Rescr. Confist. Supr. Lib. I. Def. 126. p. 64.
An Decimæ frumenti in cumulato, aut æquato modio præstari debeant, cuiusque loci consuetudo attendenda. Rescr. Confist. Supr. Lib. I. Def. 127. p. 64.
Decimæ sunt vel reales, vel personales, Lib. I. Def. 128. p. 65.
Decimæ reales non solutæ à novo prædii possessor, Jure tacite hypothecæ præstandæ sunt. Rescr. Cónfist. Supr. Lib. I. Def. 128. p. 65.
Decimæ personales ab eo præstantur, qui integras, & omnes fructus consumpsit. Adducitur Brunneimannus. Lib. I. Def. 128. p. 65.
Decimæ personales in his Provinciis non dantur, Lib. I. Def. 128. p. 65.
Decimæ num de fructibus arborum solvendæ, affirmatur. Rescr. Confist. Supr. Lib. I. Def. 134. p. 66.
Decimæ ex terris Evangelicorum debentur Catholicis, & rursus ex territoriis Catholicorum Evangelicis. adducitur Pacificatio Osnabrugensis Lib. I. Def. 137. p. 67.
Decimarum causa pro Ecclesiasticâ habetur, Lib. I. Def. 138. p. 68.
Decimarum causæ in Confistoriis tractandæ. Rescr. Confist. M. Lib. I. Def. 138. p. 68.
Decimæ in concursu Creditorum gaudent Jure Prælationis, ita, ut hypothecariis anterioribus præferantur. Allegat. Resolutio Gravaniuum de Ao. 1661. Lib. I. Def. 138. p. 68.
A decimarum præstatione ex quibus canis quis liberetur, Rescr. Confist. Supr. Lib. I. Def. 138. p. 69.

DECIMATIO.

Decimationes fieri debent in agris, præsente aut Pastore ipso, aut ejus Procuratore, adducitur Ordinatio Ecclesiastica Lib. I. Def. 130. p. 66.
Electio in decimatione non rustico, in cuius agro avehatur, competit, sed Pastor. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica. Rescr. Confist. Supr. Lib. I. Def. 130. p. 66.

DEGRADATIO.

Degradationis solennia in nostris Ecclesiis sunt in usu. Adducitur Relatio Confist. Lips. ejusque Sententia informatoria, Lib. III. Def. 117. p. 236
Hæc solennia non semper observata fuerunt. Lib. III. Def. 117. p. 236
Traditio Pastoris in manus Judicis secularis, pro degradatione habetur. Lib. III. Def. 117. p. 236.

DELICTUM.

In quibus Delictis Deprecatio publica locum habeat. Lib. II. Def. 281. p. 157.
In Delictum, cuius confitens inculpatus fuit, Ministro Ecclesiæ non licet nimis in quirere. Rescr. Confist. Supr. Lib. II. Def. 287. p. 159
In Delictis publicis, & universo cœtu scandalosis, Deprecatio publica locum habet. Sententia informatoria. Confist. Supr. Lib. III. Def. 89. p. 217.
Non solum in Delictis carnis, sed etiam in aliis, Deprecatio publica locum habet. Decretum Synodale. Lib. III. Def. 89. p. 218.
Delicta Ministrorum Ecclesiæ quædam atrociora, quædam leviora sunt, quæ excessus vocari solent, & pœnam canoniam merentur. Adducitur Sententia informatoria Confist. Supr. Lib. III. Def. 113. p. 234.
Propter Delicta atrocia Ministri Ecclesiæ, si de ipsis confessi & convicti, non adhibitis gradibus admonitionum, deponendi. Rescr. Elect. Lib. III. Def. 112. p. 234.
Delicta Ministrorum Ecclesiæ quænam? Lib. III. Def. 112. p. 234.
Quomodo procedendum contra Ministros Ecclesiæ, Ludimoderatores, Cantores & Collaboratores, si excessum vel crimen committunt. Adducitur Resolut. Grav. lib. III. Def. 119. p. 238.

DEPRECATIO PUBLICA.

Deprecatio publica locum non habet, si quis post confessionem, die Sabbathi factam, sequenti die Dominicâ ad sacram Synaxin accedere, ex causa frivola intermitit. Sententia informatoria Conf. Supr. Lib. II. Def. 277. p. 154.
Deprecatio publica quatenus, & in quibus De-

INDEX.

- Delictis locum habeat, Lib. II. Def. 281.
p. 157.
- Deprecatio publica non est confundenda cum pœnâ civili. Lib. II. Defin. 282.
p. 157.
- Deprecatio publica est reconciliatio cum Ecclesiâ, cui peccator publicus scandalum per commissum delictum dedit. Rescr. Confist. Supr. Lib. II. Def. 282.
p. 157.
- Deprecatio publica neque iis, qui vulgo facinorōi habiti, non tamen sunt, nec iis, qui criminis inculpati, neque confessi neque convicti sunt, injungenda. Sententia informatoria Confist. Supr. Lib. II. Def. 284. p. 157.
- Absque Deprecatione publica reus pendente Processu, vel Inquisitione super crimine, ad usum sacrae cœnae admitti debet. Rescr. Confist. Supr. Lib. II. Def. 287. p. 158.
- Ritus & solennia in actu Deprecationis variant. lib. III. defin. 83. p. 215.
- Deprecatio publica quibusdam in locis planè non est in usu. lib. III. Def. 83.
p. 215.
- Quomodo Superintendentes & Consistoria quoad introductionem Deprecationis publicæ in locis, ubi in usu anteā non fuit, se gerere debeant. Decretum Synodale. lib. III. defin. 83. p. 215.
- Circa Deprecationem publicam neque Pastor, neque Superintendens, etiam illis in locis, ubi usitata est, sine præscitu Consistorii disponere queunt, lib. III. def. 83 p. 215. lib. III. def. 94. pag. 221.
- Consistoriis non licet sine mandato Serenissimi Electoris Saxoniz pœnitentiā publicam in illis locis, ubi ea non in usu est, instituere. Rescr. Confist. Suprem. Lib. III. Def. 83. p. 215.
- Ritus & solennia Deprecationis publicæ, consuetudine introducta, maneant salvam. lib. III. def. 83. p. 216.
- Consistoriis competit pœnitentiā publicam pro eō natâ in nualctam commutare, ita tamen, ut ad pios usus impendatur. Resolut. Grav. Lib. III. def. 83.
p. 216.
- Deprecatio publica regulariter in honorem matrimonii jam contracti, vel etiam annui contrahendi cum alia persona, remittitur. lib. III. def. 88. p. 216.
- Quandoque Deprecatio publica Delin-
- quenti injungitur, quanquam matrimonium contractum fuerit. Reicr. Confist. Supr. Lib. III. def. 83 p. 217.
- Deprecatio publica non nunquam iuravorem partus planè remittitur. Reicr. Confistor. Supr. Lib. III. Def. 83. p. 217.
- Deprecatio publica in delictis publicis, & universo cœtui scandalolis, locum habet, Sententia informatoria Confist. Supr. lib. III. defin. 89. p. 217.
- Deprecatio publica non tantum in Delictiscarnis, sed etiam in aliis, locum habet. Decretum Synodale. lib. III. def. 89. p. 218.
- Sic Consistoriorum Supremum propter futurum & hominidium, reis imposuit pœnitentiā publicam Ecclesiasticam, Rescr. Confist. Supr. Lib. III. Defin. 89.
p. 218.
- An Deprecatio publica locum habeat, si quis stuprum neget, & ejus Pater cum vitiâ circa Detiorationem, & ipsorum alimentationem, inscio filio, transfigat? Sententia informatoria Confist. Supr. Lib. III. def. 89. p. 219.
- In crimine stupri vitiata pœnitentiā publica gravatur, in loco, ubi Delictum innotescit. Sententia informatoria. Coni. Supr. Lib. III. Def. 91 p. 220.
- Deprecatio publica nobilibus, & iis, quæ nobilibus aequiparantur, imponi non solet. Lib. III. Defin. 93. p. 221.
- Deprecatio publica non est confundenda cum pœnâ Politicâ. Lib. III. Def. 94. p. 221.
- Deprecatio publica est Expiatio cum Ecclesiâ, cui per delictum scandalum datum fuit. Rescr. Confist. Supr. Lib. III. Def. 94. p. 221.
- An Deprecatio publica locum habeat, si Delictum fuerit præscriptum. Lib. III. def. 94. p. 221.

DESERTIO.

- Desertionis malitiosa species est Dene-gatio debiti conjugalis, lib. II. def. 92.
p. 131.
- Desertio malitiosa est justa & sufficiens causa divortii, lib. III. def. 56. p. 208.
- Ex causa desertionis etiam sponsalia diri-menda, & solennia Processus desertio-nis observantur. lib. III. def. 57. p. 208.
- Pro ratione circumstantiarum per Re-scriptum obtineri potest repudium. Re-

INDEX.

- Rescr. Confist. Supr. lib. III. def. 57. p. 208.
In malitiosa desertione cautè & circum-spectè procedendum. lib. III. defin. 58. p. 209.
Antequam Processus Desertionis decer-nitur, relatio Magistratus de circum-stantiis requiritur. Rescr. Confist. Supr. Lib. III. Def. 58. p. 209.
Nonnunquam Actor circumstantias, quas in libello Actionis allegavit, nec de iis satis constat, Jurato confirmare debet. Lib. III. Def. 58. p. 209.
Tempus absentiae in desertione malitio-sâ arbitrio Judicis committitur, Lib. III. Def. 60. p. 210.
In Desertionis Processu Edictalis citatio spatiū Saxonicū à tempore affixi-onis continere debet, lib. III. def. 64. p. 210.
Pro ratione circumstantiarum modicus defectus circa terminum Saxonicum non attenditur, lib. III. defin. 64. p. 210.
- DESERTOR.**
- Desertori, nonnunquam pro renata no-væ conceduntur nuptiæ. Rescr. Conf. Supr. lib. II. def. 192. p. 131.
Desertor si tale delictum commiserit, in quo nulla superest aggratiatio, licet in Termino absentia excusaverit, nihilominus pro malitioso Desertore declaratur. Sententia informatoria. Confist. Supr. lib. III. defin. 68. p. 210.
Si de adulterio, vel bigamia Desertoris seu desertricis, certò constat, absque ulteriori Processu per Rescriptum dis-solvitur matrimonium. Rescr. Confist. Supr. lib. III. def. 69. p. 211.
Desertorem deserta, si de adulterio su-pectus sit, in matrimonium recipere non tenetur, priusquam se Juramento à commisso adulterio purgaverit, lib. III. defin. 70. p. 212.
Idem obtinet, si uxor maritum malitiose deseruerit, & diu abfuerit. Sententia informatio, Confist. Supr. lib. III. def. 70. p. 212.
Desertori novæ nuptiæ non sunt conce-dendæ, lib. III. def. 71. p. 212.
Potest tamen per specialem Magistratus Ecclesiastici concessionem hoc fieri, lib. III. def. 71. p. 212.
- Si desertor ad nova vota convolaverit, an propterea matrimonium pro nullo declarandum, & Desertor puniendus sit? Sententia informatoria. Confist. Supr. lib. III. def. 71. p. 212.
- DESERTUS. DESERTA,**
- Desertæ parti licentia datur novum ini-re matrimonium in Consistoriis Saxo-nicis, lib. II. def. 192. p. 130.
Aliter se res habet de Jure Canonicō, Sen-tentia informatoria. Senat, Ecclesiast. lib. II. def. 192. p. 130.
Deserta desertorem, si de adulterio su-pectus sit, in matrimonium recipere non tenetur, priusquam se juramento à commisso adulterio purgaverit, lib. III. def. 70. p. 212.
Idem obtinet, si uxor maritum malitiose deseruerit, & diu abfuerit. Sententia informatoria Confist. Supr. lib. III. def. 70. p. 212.
- DESPONSATUS.**
- Desponsati quandoque inviti copulantur à Ministro Ecclesiæ in Consistorio. For-mula pronunciandi lib. II. defin. 135. p. 115.
- DIACONUS.**
- Diaconus non aliter functionem Eccle-siasticam resignare, & vocationem ex-tra Electoratum accipere potest, quam im-petrata concessione à Consistorio Sùpremo, & si fuerit Beneficiarius, ex-hibitis literis reversalibus. Adducitur Ordinatio stipendiatorum lib. III. def. 125. p. 241.
- DICASTERIUM.**
- In Dicasteriis à receptâ circa titulos ob-servantia non facile recedendum. Rescr. Elect. lib. II. Def. 417. p. 188.
- DIRECTORIUM ACTO-RUM.**
- Directorium Actorum Superintendenti, si causa Consistorialis illi & Magistra-tui seculari committatur, non compe-tit. Rescr. Confist. Supr. lib. III. defin. 4. p. 192.

DI-

INDEX.

DISPENSANDI JUS.

Dispensatio circa gradus Iure divino prohibitos, licita non est Lib. II. Def. 109. p. 113.

Dispensari bene potest in gradibus, jure positivo prohibitis, & justè recipitur pro Dispensatione pecunia, lib. II. def. 109. p. 113. lib. II def. 129. 114.

Dispensare num Princeps in casu, ubi quis sponsam fratris defuncti, sponsæ de-natæ fororem, item sponsæ defunctæ matrem, aut filiam ducere velit, possit? affirmativam amplectitur Consistorium Supremum. Sententia informatoria. Consist. Supr. ejusque Rescr. lib. II. defin. 121. p. 113. adhibita tamen cautela ibid.

Ex Dispensatione speciali intra tempus luctus nuptiæ celebrantur, Lib. II. Def. 162. p. 121.

Dispensatio hæc competit Consistorio Supremo lib. II. def. 162. p. 121.

Superintendentibus & Pastoribus interdicta. Rescr. Elect. lib. II. def. 162. p. 121.

DIVORTIUM.

Divortio non solum ob adulterium manifestum, sed etiam presumptum locus est. Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. II. Def. 189. p. 129.

Divortio facto parti nocenti, seu adulteræ, quando novæ conceduntur nuptiæ, quæ requisita observanda. Lib. II. Def. 191. p. 130.

Divortio propter malitiosam conjugis desertionem facto, parti desertæ licentia datur novum inire matrimonium, Lib. II. Def. 192. p. 130.

Aliter vero se res habet de Jure Canonico Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. II. Def. 192. p. 130.

Divortio propter malitiosam conjugis desertionem facto, interdum quoque parti nocenti & deferenti secundæ nuptiæ conceduntur. Rescr. Consist. Suprem. Lib. II. Def. 192. p. 130.

Divortio locus est propter denegationem debiti conjugalis. Formula pronunciandi. lib. II. def. 192. p. 132.

Divortium fieri potest, si uxor, quam maritus virgineum esse credidit, ab alio corrupta & grida reperiatur. Sentent. Cons. Supr. Lib. II. Def. 194. p. 132.

Affertioni nudæ mariti, ignorantiam & abstinentiam ab ulteriori congressu prætententis, non creditur, sed illa per Juramentum ejus probatur, Lib. II. Defin. 198. p. 133.

Præsertim si uxor eam inficietur, aliud dicendum, si confiteatur, tunc absque Juramento sequitur divortium. Sententia informatoria Consist. Supr. lib. II. defin. 198. p. 133.

Divortio impotentia mariti justum præbet causam, Lib. II. Def. 200. p. 134.

Propter impotentiam à parte mulieris etiam matrimonium pro nullo declaratur. Sent. Consist. Supr. Lib. II. Defin. 201. p. 137.

Divortio causam non præbet error Fortunæ, Lib. II. Def. 204. p. 138. aliter feres habet, quando accesserit dolus, tunc ejusmodi matrimonium pro nullo declaratur. Lib. II. Def. 204. p. 138.

Malitiosa desertio est justa & sufficiens causa divortii. Lib. III. Def. 56. p. 208.

Si de adulterio, vel bigamiâ Desertoris seu desertricis certò constat, per Rescriptum dissolvitur matrimonium. Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. III. Def. 69. p. 211.

Si desertor ad nova vota convolaverit, an propterea matrimonium pro nullo declarandum? Sententia informatoria Consist. Supr. Lib. III. Def. 71. p. 212.

DOTALES Pfarr-Bauern.

De Dotalibus von denen Pfarr Bauern, Lib. II. defin. 307. p. 162.

Dotales Pfarr-Bauern quinam? & quot genera eorum? Rescr. Elect. Libr. II. defin. 357. p. 173.

Dotales fiunt emptores prædiorum & bonorum Ecclesiasticorum. Rescr. Conf. Supr. Lib. II. def. 357. p. 173.

Circa Dotarium liber's quid obtineat, & quatenus Jurisdictioni Pastoris subjecti sint? Sententia informatoria Consist. Supr. lib. II. def. 357. p. 174.

Dotales olim Jurisdictione Seculari exempti fuerunt. Lib. II. Defin. 357. p. 176.

Dotales hodie foro privilegiato amplius non gaudent. Lib. II. Defin. 357. p. 176.

INDEX.

E.

EBRIETAS.

Ebrietas est vel magna vel modica. lib. II. def. 31. p. 101.

EBRIUS.

Ab Ebrio sponsalia contracta non subsistunt, & qualis Ebrietas requiratur. Formula pronunciandi. lib. II. defin. 31. p. 101.

ECCLESIA.

Ecclesiæ consensu novus Pastor vocandus, Formula vocationis. lib. I. defin. 22. p. 17.

Ecclesiæ unionis facienda causa quænam sint sufficientes? Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 155. p. 73.

Ecclesiæ unio fieri debet tempore vacantiæ, consensu Patronorum Parochianorum, & præprimis Principis, cui Jus circa sacra competit. lib. I. def. 155. p. 72.

Ecclesiæ unio in Electoratu Saxonico, in supremo duntaxat Consistorio, tractanda. Rescr. Elect. lib. I. defin. 155. p. 73.

Ecclesiæ unionis concessio fit à Serenissimo. lib. I. def. 155. p. 73.

Ecclesiæ uniones sunt aut ad tempus, aut in perpetuum. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 155. p. 73.

Ecclesiæ uniones temporales hodie raro sunt. Lib. I. def. 155. p. 74.

Ecclesiæ Separationis, der Plauspfarrung, causa quænam sufficientes sunt? lib. I. def. 155. p. 74.

Ecclesiæ separatio fieri debet consensu Ecclesiæ prioris, autoritate Principis, qui Jure circa sacra gaudet, consensu Parochianorum, Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 155. p. 74.

In Ecclesiæ separatione matricula nova super utrinque Pastoris redditus consicetur. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 97. p. 54.

Ecclesiæ unionis causa plerumque per Commissarios examinari solet. lib. I. def. 155. p. 74.

ECCLESIAE CURATORES.

Vid. Kirch-Bâter,

ECCLESIAE FABRICA.

Ecclesiæ redificatio & restauratio consensu & autoritate Consistorii suscipienda est. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica, lib. II. def. 334. p. 171.

Si facultates ac redditus Ecclesiæ non sufficient ad fabricam, Parochiani tum sumtus contribuere tenentur. lib. II. def. 339. p. 171.

Interdum collectæ in unâ aut alterâ Dicēcēsi conceduntur. Rescr. Elect. lib. II. def. 339. p. 171.

ECCLESIAE MINISTER.

Ecclesiæ Minister sit eruditus, & gnarus controversiarum Theologicarum, articulorum fidei & Librorum symbolicorum. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 59. p. 36.

Ecclesiæ Ministri inculpatæ vitæ & exemplum gregis sint. Rescr. Elect. lib. I. defin. 61. p. 38.

Ecclesiæ Ministri nec Notariatus officio fungi, nec causas aliorum in judicio agere, nec postulare debent. lib. I. def. 63. p. 39.

Ecclesiæ Ministris prohibitum est sub pœnâ remotionis & suspensionis per literas cambiales ad mutuum restitendum se obligare Rescr. Conf. Supr. lib. I. def. 63. p. 39.

Ecclesiæ Ministris tabernam vinarium vel cerevisiarium erigere non licet. Rescr. Elect. lib. I. def. 65. p. 40.

Ecclesiæ Minister si officii Elenchtici limites contra Principem & Magistratum transgreditur, removeri potest. lib. I. def. 67. p. 41.

Ecclesiæ Ministro, si Magistratum ita depingit, ut quilibet verba prolata intelligat, Juramentum Purgationis propterea injungi non potest Rescr. Elect. lib. I. def. 67. p. 41.

Inter Ecclesiæ Ministros ordo & præcedentia observanda est. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 71. p. 42.

Ecclesiæ Ministri pestis tempore quomodo sc gerere debeant. Rescr. Cons. Supr. lib. I. def. 72. p. 42.

Ecclesiæ Ministro belli tempore fugere haud licitum est. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 72. p. 44.

Ecclesiæ Ministrorum nomine Custodes &

INDEX.

- & organici comprehenduntur. Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 75. p. 45.
- Ecclesiæ Ministri** sub pœnâ remotionis intra certum tempus confirmationem petere debent. lib. I. defin. 79. p. 48.
- Ecclesiæ Ministris** certa constituenda sunt salarya. Rescr. Elect. lib. I. def. 96. p. 53.
- Ecclesiæ Ministrorum** salarya ut matricula ritè inferantur, Consistoria curam gerant. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 97. p. 45.
- Ecclesiæ Ministris** accidentalia consueta non sunt deneganda, iis tamen non licet pro lubitu illa augere. Rescr. Elect. lib. I. def. 110. p. 59.
- Ecclesiæ Ministri** accidentalia, Trau. Außgebot. Begräbnüß. Geld, tractu temporis, nemine contradicente, augeri possunt, & illi hoc modo Jus Possessionis acquirunt. lib. I. defin. 111. p. 59.
- Ecclesiæ Ministri**, etiam ditioribus, accidentalia à Parochianis præstanta. lib. I. def. 22. p. 62.
- Ecclesiæ Ministri** sunt imunes ab Accijs & oneribus, quæ cibo & potui, & omnibus consumptibilibus imponuntur. Adducitur Accis-Ordnung, lib. I. def. 123. p. 63.
- Ecclesiæ Ministri** pastori communi, ad paſcendum conducto, mercedem pro ratâ exſolvere tenentur, in quibusdam tamen locis ab hac præstatione liberi sunt. Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 124. p. 63.
- Ecclesiæ Ministri** adhuc hodie debentur decimæ. lib. I. def. 125. p. 64.
- Ecclesiæ Ministri** Libero à collectis frumentis potu. Rescr. Consist. Supr. lib. I. def. 139. p. 69.
- Ecclesiæ Ministrorum** salarya, quæ confidunt in pecuniâ, in civitatibus quomodo computanda & dividenda. Adducitur Consignatio Consistorii Misénensis. lib. I. def. 170. p. 79.
- Ecclesiæ ministri** rerum expeditiarum capaces non sunt. Adducitur Sententia informatoria Consistorii Lipsiensis. lib. I. def. 180. p. 83.
- Ecclesiæ Minister** cautè procedere debet circa proclamationem desponsatorum lib. II. def. 138. p. 116.
- Præprimis certus esse debet, quod copu-
- landi, præfertim si peregrini, soluti sint vinculo matrimoniali. Rescr. Consist. Supr. lib. II. def. 138. p. 116.
- Porò, quod eorum Parentes consenserint, & si viduus & vidua conjux mortuus sit, & denique quod invicem in gradu prohibito non sint conjuncti. Rescr. Elect. lib. II. def. 138. p. 116.
- Ecclesiæ Minister** circa proclamationem & copulationem personarum militarium bene obſervet Mandatum Elec-торale de Anno 1693. & 1709. lib. II. def. 138. p. 117.
- Ecclesiæ Minister** non potest pro arbitrio ceremonias Ecclesiæ ſuæ mitare. Sen-tentia informatoria, Consist. Supr. lib. II. def. 248. p. 145.
- Ecclesiæ Ministri** concionem ultra tem-pus in Ordinatione Ecclesiasticâ, & Decreto Synodali definitum, non ex-tendere debent. Rescr. Elect. Lib. II. def. 255. p. 147.
- Ecclesiæ Ministri** pro baptismo ſpuri majus honorarium, quam ordinarium, petere non debent. Rescr. Elect. lib. II. def. 272. p. 151.
- Ecclesiæ Ministri** haud licet pro lubitu ſpuriis in Baptismo nomen imponere. Rescr. Elect. lib. II. defin. 272. p. 152.
- Ecclesiæ Ministri** confitentes publicè in templo de digno uſu S. Cœnæ infor-mare & admonere debent. Rescr. El. lib. II. defin. 274. p. 153.
- Ecclesiæ Ministro** non licet nimis inquiri re in Delictum, cuius confitens inculpatus est. Rescr. Consist. Supr. Lib. II. defin. 287. p. 159.
- Ecclesiæ Ministri** ædes parochiales proprii suntibus conservant in bono statu. Resolut. Grav. lib. II. Def. 352. p. 172.
- Ecclesiæ Ministri** de sepulturâ Propri-ciarum sine Decreto Consistorii non disponant. Rescr. Elect. lib. II. defin. 378. p. 180.
- Privilegium fori, quo gaudent Clerici, non ſolum extendendum ad eorum liberos, non emancipatos, ſed etiam famulos. Rescr. Consist. Supr. lib. III. def. 6. p. 195.
- Post mortem Ministrorum Ecclesiæ Do-minus Jurisdictionis nil circa eorum hereditatis obſignationem, conſignationem & divisionem disponere potest. Rescr. Elect. lib. III. defin. 8. p. 196.

INDEX.

- Nisi præviâ hæredum requisitione, ibid.
Siliis inter hæredes circa hæreditatem ori-
atur, Jurisdictionis Dominus cogniti-
onem sibi arrogare nequit. Rescr. Elect.
lib. III. def. 8. p. 196.
- Ecclesiæ Ministero absque hæredibus de-
functo mobilia ejus cedunt Consisto-
rio. lib. III. defin. 9. p. 196.
- Aliud tamen placuit Potentissimo Regi
Poloniæ & Electori Saxoniæ, Reicr.
Elect. lib. III. Def. 9. p. 196.
- Si Ecclesiæ Minister cum Parochiânis in
causis, quæ ad curam animarum spe-
ciant, agit, requisitione Magistratus
Secularis opus non est. Rescr. Conf.
Supr. lib. III. Def. 19. p. 198.
- Ecclesiæ Minister ea, quæ in confessione
proferuntur, revelare non debet, lib.
III. defin. 25 p. 199.
- Excipitur casus, quando delictum confes-
satum in supremi Magistratus, vel Rei-
publicæ imminens exitium vergat Re-
scr. Conf. Supr. lib. III. defin. 25. p.
199.
- Si Ministro Ecclesiæ aliquid sub secreto
conceditum, illud occultare non de-
bet. Rescr. Supr. Conf. lib. III. Def.
25. p. 200.
- Ecclesiæ Ministri, actione Injuriarum
conveniri possunt, si, neglectis admo-
nitiois gradibus, personas publicè in-
juriis perstringant. Sententia infor-
matoria Conf. Supr. lib. III. defin. 98.
p. 223.
- Suadendum tamen, ut per modum De-
nunciationis quis sibi consulat, Sen-
tentia informatoria. Conf. Supr.
lib. III. def. 98. p. 223.
- An Actio Injuriarum competit contrâ
Ministrum Ecclesiæ; qui ea, quæ in
confessione audivit, revelat? lib. III.
def. 98. p. 223.
- Non tantum is, qui malitiosè adversus
Ministrum Ecclesiæ Actionem Inju-
riarum instituit, pœnam meretur, sed
etiam, qui pœnam petit ordinii sacro
injurious, lib. III. def. 100. p. 225.
- Ecclesiæ Ministri, Injuriarum conventi,
spontaneâ Declaratione Palinodiam
facile declinare possunt. Adducitur
Ordinatio Politica. & Rescr. Conf.
Supr. lib. III. Def. 10. p. 226.
- Ecclesiæ Minister caveat, ne sine causa
Magistratus Actiones publicè coram
- subitis arguat. Reicr. Conf. Supr.
lib. III. def. 102. p. 227.
- Præsertim cautè procedat Ecclesiæ Minis-
ter, si cum Principe res sit. lib. III. def.
102. p. 227.
- Ecclesiæ Ministri, si in redargendo Ma-
gistratu modum exceperint, neceſſe
est, ut populum publicè adhortatione
ad obedientiam iterum adducant. lib.
III. def. 103. p. 227.
- Ecclesiæ Ministri ab officio suspensi &
retinuti, admoneant Auditores, ne
scandalum inde capiant. Reicr. Conf.
Supr. lib. III. def. 104. p. 228.
- Et haec admonitio est iniſi deprecatio-
nis. lib. III. def. 104. p. 228.
- Ecclesiæ Ministri nemini ex affectu &
odio privato sacrâ denegare debent.
Adducitur Resolut. Grav. lib. III. def.
107 p. 229.
- Jus removendi Ecclesiæ Ministros in hi-
fice Provinciis tantum competit Con-
fistorio Supremo. Rescr. Elect. lib. III.
def. 109. p. 231. non Patrono. Reicr.
Elect. lib. III. def. 109. p. 231.
- Delicta Ministrorum Ecclesiæ quædam
atrociora, quædam leviora, quæ exces-
sus vocari solent, & pœnam canonici-
cam merentur. lib. III. def. 113. p. 234.
- Ecclesiæ Ministri remoti non, nisi elapo-
quatuor vel quinque annorum spatio,
ad functionem Ecclesiasticam adiun-
ti debent. Adducitur Resolut. Grav.
lib. III. defin. 117. p. 237.
- Quomodo procedendum contra Mini-
stros Ecclesiæ, si crimen vel Excessum
committunt. Adducitur Resolut. Grav.
lib. III. defin. 119. p. 238.
- Ecclesiæ Minister non aliter functionent
Ecclesiasticam resignare potest, niſi
imperatâ concessione, & ſi fierit Be-
neſicia riuiſ Electoralis, exhibitis Lite-
ris reversalibus. Adducitur Ordina-
tio Stipendiatorum. lib. III. defin. 125.
p. 241.
- ECCLESIASTICA BONA.
- Ecclesiastica Bona, ad Sacros usus, qui su-
perflitosi sunt, destinata, ad alios usus
pios impendi possunt, adducitur Ordin-
atio Provincialis. Lib. I. def. 6. p. 6.
Lib. II. defin. 332. p. 169.
- Ecclesiastica Bona ad legendas missas pa-
pa-

INDEX.

pales & canendos hymnos olim destinata ad augenda salario Præceptorum in Scholâ Lipsiensiad D. Nicolai adhibita fuerunt. Rescr. Consist. Supr. lib. I. defin. 6. p. 6.

Ecclesiastica bona potius augeri quam diminui debent. Adducitur Resolutio Gravarium. lib. II. defin. 298. p. 161.
Pii Principes curam sibi arrogarunt bonorum Ecclesiasticorum. lib. II. defin. 298. p. 161.

Quod & fecit Serenissimus Elector Saxoniæ. Joh. Georg. II. lib. II. defin. 298. p. 161.
Ecclesiasticorum bonorum cura & administratio, vigore Pacificationis Osnabrugensis, Principibus & statibus Imperii incumbit. lib. II. defin. 299. p. 162.
Ecclesiastica bona alienari possunt. lib. II. defin. 301. p. 162. lib. II. defin. 330. p. 168.

Modò alienatio ex justâ causâ fiat. lib. II. defin. 301. p. 162.

Justa causa Alienationis Bonorum Ecclesiasticorum est illa, per quam saltem incommoditas à piâ causa avertitur. lib. II. defin. 301. p. 162.

Hinc vineas alienandas esse decretum fuit. Rescr. Consist. Supr. lib. II. defin. 301. p. 162.

Ecclesiastica bona temporalia Jure divino ab omnibus ordinariis & extraordina- riis oneribus, excepto summae necessi- tatis casu, exempta esse debent. lib. II. defin. 308. p. 162.

Contrarium placet Politicis hodiernis, qui pro augendis Principum redditibus laborant. lib. II. defin. 308. p. 162.

Ecclesiasticorum Bonorum Conductor tributa & collectas haud solvit. lib. II. defin. 310. p. 163.

Non tamen ab Accisâ immunis est. lib. II. defin. 310. p. 163.

In Bonorum Ecclesiæ administratione quomodo se gerere debeant curatores Ecclesiæ, die Kirch. Vâter. Adducitur Resolut. Grav. lib. II. defin. 313. p. 163.
Ecclesiasticorum bonorum emptores fi- sunt Dotales. Rescr. Cons. Supr. lib. II. defin. 357. p. 173.

ECCLESIASTICÆ CAUSÆ.

Ecclesiasticæ causæ quænam, lib. I. def. 11. p. 10.

Ecclesiasticæ causæ tractantur in Consisto- riis. lib. I. def. 11. p. 10.
Ecclesiasticæ causæ per Appellationem devolvuntur ad Senatum Aulicum. Ad- ducitur Ordinatio Ecclesiastica. lib. III. def. 1. p. 191.

ECCLESIASTICA FUNCTIO.

Vid. Ecclesiasticum officium.

